



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

11. Quid super oblationem sit dicendum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](#)

An calice , inquit , Dominico aqua vino
deesse nō debet , ne populus , qui per aquā
iuxta Apocalypsin significatur , à Christo
separatus esse videatur . Ita autem iuxta

Romanum ordinem in altari componens

Oblatam vocat da sunt , vt oblatā in corporali posita , calix
hostiam .

ad dextrum latus oblatæ ponatur , quasi
sanguinē Domini suscepturnus quem de
latere Dominico profluxisse credimus .

Nam oblatam siue panē in verum Chri-

Vera conuersio
panis & vini in
corpus & san-
guinē Christi .

minicum conuerti non dubitamus . Solēt

autē presbyteri , dum sine ministris offe-
runt , deposita oblatā in altari patinam

abscondere sub corporali , & fortasse ideo

quia iuxta ordinē Acolitus debet eā te-
nere in uolutā inter sacrificandū . Coope-

ritur quoque calix , non tam causa myste-
rij quām cautelæ , usque dū finito Cano-

ne dicitur : Oremus præceptis salutaribus

moniti . Discooperitur tādem , dum leua-
tur : vbi dicitur , Accepit & hūc præclarū

calicem : & ibi , Per ipsum & cum ipso . &
hoc fortasse ideo , quia cautiūs leuantur si-

ne operimento , quām coopertus .

Quid super oblatione sit dicendū , C A P . XI .

C O M P O S I T A autem oblatione in

alta .

altari, dicit sacerdos hanc orationem iuxta Gallicanum ordinē: Veni sanctificator omnipotens, æterne Deus, benedic hoc sacrificium tuo nomini præparatum. Per Christum Dominum nostrum. Deinde ante altare inclinatus dicat hanc orationem, non ex aliquo ordine, sed ex ecclesiastica consuetudine: Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offerimus in memoriam passionis, resurrectionis, ascensionis. Quæ vtique oratio à diligentioribus ordinis & comprobatae cōsuetudinis obseruatoribus tam pro defunctis, quām pro viuis sola frequentatur; qui et si multotiens plurimorum consuetudini cedant, superflua tamen summopere decuitant. Romanus tamē ordo, nullam orationem instituit post offerendam ante secretam. Erectus autē presbyter populum hortatur ad orandum, & ipse post finitam secretam, præfationem ordinatur in Canonem, in qua supernorum ciuium ordines meritò cōnumerātur, quia eisdē mysterijs quæ ibi conficiuntur, iuxta attestationem sanctorum patrum, interesse creduntur. Vnde & angelicus hymnus, id est, Sanctus, Sanctus, Sanctus, sub-

Præfatio Canonis.

Mysterijs Missæ angeli inter esse creduntur.

32 MICROL. DE ECCLES.

Hymnus Ange
licus Sanctus,
Sanctus &c.

subsequitur, quem beatus Sixtus Papa in ordine octauus constituit, ut ante sacrificium diceretur. Hunc autem hymnu & ipse sacerdos, cum alijs necessariò debet dicere, ne seipsum sua prece videatur priuasse, qui & suas voces & aliorum angelicis laudibus admitti deprecatus est in præfatione. Luxta Romanum ordinem nunquam 'Missam absque lumine celebramus: non vtique ad depellandas tenebras, cum sit clara dies; sed potius in typu illius luminis, cuius sacramenta ibi conficimus, sine quo & in meridie palpabimus ut in nocte.'

I Missas
Lumine curva
munt in Missæ
celebratione.

Quid auctum sit in Canone,

CAP. XII.

ORATIONEM, quam Canonem, siue actionem, propter regularē sacramen-

torum confectionem, Romano more ap-
pellamus, quis composuerit aperte non
legimus; nisi quod S. Gregorius quen-
dam scholasticum illam composuisse te-
statur. Multa tamen eidem Canoni à san-
ctis patribus inserta legimus: sicut à San-
to Alexandro Papa in ordine quinto,
ipsius passionis cōmemoratio interseri-
tur

Sixtus Papa,
dū adhuc scho-
lasticus esset, au-
tor Canonis
qualē nunc ha-
bemus: anteā ve-
rō quādam par-
tes illius ab ec-
clesia receptas
satis cōstat. Vi-
de Innoc. 3. in
Can. Missæ ac
Vvalafridū de
reb. Eccl. c. 11.